

qui modo habent Gebitum, ad placitum generale ter in anno et per omni vice tribus diebus et facere pro comuni receptum et pastum et dare wadium bani¹ omnes, nisi habeant per feudum et cognoscant per curiam. Qui iuraverunt de h[oc] quod dictum est ita ex una parte, videlicet ex parte Thomasi pro suo placito, quod habebat cum illis de Gebito, et ex parte suorum fratrum in suis futuris causis, quemadmodum ex parte illorum de Gebito, cum quibus Thomasinus agebat, et etiam contra omnes, cum quibus exinde de hoc litem habuerint, et² reticere falsitate¹, qua hora interrogati a predicto comite vel ab uno de predictis vasallis per curiam aut a misso [eorum] fuerint, dato sacramento a comite et a predictis vasallis, electis per curiam eis testibus et ad eos audiendos. Primus quidem videlicet Girardus iudex iuratus ad publicandum, ut dictum est, interrogatus a me [Philipo], nuncio ipsius comitis, et ab uno de predictis vasallis pro curia testatus dixit ibi in predicta domo:

Ego scio et recordor, quod iam sunt quadraginta anni bene in tempore regis Liuterii, quod Belloncus co[m]es detenebat Gardam et districtum et comitatum Garde per ducem Enricum Saxonie, et multociens vidi fodrum in plaustris venientem et duci Garde a Gebeto, videlicet anonam, vinum, porcos, multones et carnem, et sonus et fama erat per comitatum et per Gardesanam totam³ et est adhuc, quod Gebetum est et erat de comitatu Garde; et tantum faciebat et dabat solus¹ Gebetum de fodro, quantum Motagna⁴ et Cavaioni⁵ et Casteioni⁶ faciebant et dabant. Et scio, quod vidi comitem Enricum de Bur tenentem Gardam et comitatum totum per ducem Enricum Saxonie. Et fui cum eo comite Gebeto causa tenendi placitum generale pro iudice curie, et multi milites cum eo et iudices et proceres huius civitatis, et per tres dies tenuimus placitum generale ibi super totum comune, et fuimus recepti pro comuni illius terre Gebiti quiete, ut vidi, et

1) Sic! 2) Vor et ist wohl zu ergänzen: *dicere veritatem totam*.

3) Danach scheint man unter Gardesana noch ein weiteres Gebiet begriffen zu haben, als die Grafschaft Garda. Zugleich sehen wir, mit welchem Unrecht das Actum zweier Urkunden Lothars III.: *in Gardisana* auf einen bestimmten Ort gedeutet worden ist. Auch sonst ist die Bezeichnung Misverständnissen begegnet. Das Schlimmste hat hierin wohl H. Pabst geleistet, wenn er MG. SS. XIX, 737 erklärt: *Gardesana castrum prope Veronam*. Vgl. S. 581, Anm. 3. 4) Montagna, nördlich von Garda.

5) Cavaione, südöstlich von Garda. 6) Castion di Garda.